Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

mēsurabit. Quis animatis mētibus operantium premia explicabit. Hinc dominus noster hiesus christ⁹ in euāgelio ait. Nolite timere pusillus grex. quia cōplacuit patri vestro vobis dare regnū. tanq̄ si diceret regni promissio vos adiugiter fortiterq̄ laborandū confortet. vos excitet. vos impellat regni inquā pmissio vos animet. Cui⁹ regni. nō humani. nō terrestris. nō amisibilis. nō corruptibilis. non expugnabilis. sz diuini celestis incōmutabilis ⁊ prorsus inuincibilis ⁊ eterni. Cōsuletur igitur p̄latus pusillanimes. vt tā sibi q̄ subditis merito proficiat. vt vtrozū q̄ oportune dignoscat salute consulere. tātiq̄ regni eterni pareseq̄ fiāt possessores

Sequitur septima conditio.

Textus. Augustinus.

Suscipiat infirmos.

Commentū. Ambrosi⁹

Suscipere infirmos nil aliud esse arbitramur. quā eis cōpati. ⁊ pro ut eorum exigunt egritudines subuenire. At vero infirmitatum triplex est genus. vnū quidem ad corpus tantum. alterum ad animam tantū. terciū ad totum q̄d ex his partib⁹ constat spectans primi generis species sunt vulnera. fractura. febres. sincopis. ydropisis. paralisis. dissinteria. ⁊ alie innumere. quibus post primi hominis lapsum ꝑ pena originalis culpe. iure gen⁹ humanū fuit affectū. Tales quidem infirmi in visceribus cōpassiōis sunt a p̄lato suscipiēdi. vt eis medicamēta tribuant opportuna. q̄d ⁊ saluator noster suo exemplo docuit faciendum. qui vt apud euangelistā Lucā scribit. super singulos infirmos cuiuscūq̄ generis lāguoris ad eum ductos manū imponēs curabat. q̄ si ea gratia prelati non valent. medicos tamē accersire non differant. qui ꝑ salute medicinas exhibeant ꝗ gruentes. perinde Augustinus in superioribus dixit. fiat sine murmure d̄ cōsilio medicinale. ita vt si nolit iubente p̄posito fiat. q̄d faciendum est pro salute. Horum autem aliqui sunt ex quadā naturali cōplexione infirmi. quā scilicet debilē habent cōplexionem. quos prelatus sic suscipere tenetur. vt cū eis in victu. vestitu. temporeq̄ refocillande cōplexionis dispenset. de quibus parens noster intellexit cū dixit. ⁊ si eis. qui venerint ex moribus deliciatorib⁹ aliquid alimentorum. operimentorum. vestimentorumue dat. q̄d alijs fortioribus. ⁊ ideo felicioribus nō datur. nō debet alijs molestuz esse. Et hoc ideo quoniā nimia corporis debilitas vt in quadam sua inquit epistola. etiam vires anime frangit. mentis quoq̄ ingenium marcescere facit

Secūdi generis species sunt. supbia. inuidia. blasphemia. rancores. infidelitas ⁊ cetera spiritus vicia. que ita egrotare faciunt animū vt ipsum ad mortem ducāt sempiternā. de quibus apostolus Paul⁹ scribens ad Chorinthios ait. Conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur. Et scribens ad romanos inquit. infirmum in fide assumite. Assumendi autē sunt a p̄latis. vt in primis pro ipsis ieunēt ⁊ rogēt. quatenus ex sua pietate deus tam gravia ⁊ periculosa vicia ex eorum cordib⁹ euellat. quoniā hec sunt illa demoniorum genera. que vt saluator inquit. nō nisi in ieiunio ⁊ oratione expelluntur. Subinde ad confessionem humliationem ⁊ cognitionem veritatis sunt inducendi. postmodum niti debent prelati vt depulsis vicijs oppositas illis virtutes in eorum mētes personam doctrinaz. per exempla diuine scripture. ⁊ per crebros act⁹ virtuosos inducant. Terciij generis species sunt. ira accidia. gula. luxuria. stulticia. neces hominū. malorꝝ spirituū vexationes. ⁊ alia hmōi. quib⁹ pculdubio ꝗstat in felicē animū simul ⁊ corp⁹ affici humanū. p ira q̄dē corp⁹ succendit. Qm̄ vt ab Aristotele est definita. ira. est accēsio sanguinis circa cor Illā p eā labia pallēt. dentes stridore. ⁊ cū cte fere extremitates per sanguinis ab eis recessum tremore agitant. Per accidiam ⁊ gulam. torpor ⁊ putredines in corpore generantur. ⁊ sic quidē vt plures sicut dici solet. mactet gula. q̄ interfiat tela Per libidinē attenuant vitales spiritus. ⁊ exhausto naturali vigore miserabilis vita extinguitur. Et ideo apostolus ait. Qui fornicat. in corpus suū peccat. ipsum. s. ad debilitatem. ⁊ tandē ad interitū ducēs. q̄